ACTVARIVM PRACTICAE CIVILIS,

SCILICET DE MODO PROCEDENDI
in cauſis primæ inſtantiæ.

Ad Illuſt. Com. Federicum Borromæum.

ET DE MODO PROCEDENDI
in cauſis ſecundæ inſtantiæ.

Ad Illuſt. Panigarolam Reg. Senatorem.

IO. BAPTISTA CABALLINO AVCTORE,

Opus perutile cauſſarum patronis, & Iudicibus.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MEDIOLANI
Ex officina Petri Tini. M. D. LXXXV.
Cum licentia Superiorum.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILL. CO. FEDERICO BORROMAEO,

IO. BAPTISTA CABALLINVS Notarius. S. D.

VIX opus hoc typis demandari cæperat, cum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Sanctæ Praxedis, huius vrbis Archiepiſcopus patruelisq́; tuus, cui hoc ipſum opus quaſi meæ erga illum, totamq. Borromæorum familiam ſignum obſeruantiæ (vt epiſtola teſtatur) dicaueram, in Deo obdormiens triſte ſui deſiderium omnibus reliquit. Quamobrem, etſi religioſiſsimi ipſius Pontificis noſtri obſeruantia ſatis ſuperq. eſſet non ad defendendum ſolum, ſed ad exornandum etiam librum, libriq. auctorem, tamen quia eo ſuperſtite, non fuit editus, optimum factu eſſe duxi ſi ſub Co. Federici Borromæi, quem eiuſdem Cardinalis ſimillimum futurum ſperant omnes, nomine eluceret; vt ipſius Cardinalis memoria, & tuæ auctoritatis ſeptus

præſidijs,

LIBER

AVXILIVM MEVM A' DOMINO, Qui fecit Cœlum, & Terram.

CAP. PRIMVM.

EXpleto (fauente diuino ſpiritu) tractatu de contractibus, & vltimis voluntatibus (quod formularium Inſtrumentorum dicitur): ſupereſt, vt agrediar tertiam partem officij notariæ, quæ verſatur circa Iudicia, in Iudicijs enim quaſi contrahitur.

Ex tract. notul. D. Rol. ca. dicitur n. notarius, §. ſunt autem tres, & in proemio de Iudicijs.

De Generalibus conſiderandis in pratica ciuili circa perſonas.

SCiendum eſt igitur iudicium ciuile illud dici, cuius finis tendit ad commodum priuatum, ſiue actio deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu. Item in iudicio ciuili procedi vno ex tribus modis videlicet vel ordinariè, vel ſummariè, vel extraordinariè, quod executiuè appello. Et tunc dicitur ordinariè procedi, quando ſeruatur ordo Iuris nempè quando Actor offert libellum Reo interuenit litis conteſtatio, Iuratur de calumnia interuenit proceſſus publicatio, & concluſio in cauſa, & quibus in caſibus iſte ordo ſit ſeruandus, ſuo loco dicemus. Summariè verò; quãdo prædictus ordo Iuris plenè non ſeruatur, quia ſufficit qualis qualis petitio inſtar memorialis in actis pro parte actoris abſq; aliqua litis conteſtatione, & publicatio proceſſus non eſt neceſſaria; quia lapſis terminis probatorijs, & reprobatorijs teſtes habentur pro publicatis: Inſuper termini & dilationes poſſunt abbreuiari per Iudicem: & quibus in cauſis procedendum eſt ſummarié ſuo loco dicetur. Extraordinariè, ſiue executiuè quando proceditur, tunc alteratur modus à prædictis procedẽdi: aliquando enim incipitur ab executione leuiori, & aliquando à dilatione, & facta contradictione per Reum alius, atq; alius ordo ſeruandus eſt: & in proceſſu ſuo loco animaduertetur quibus in caſibus procedat. Iudiciumque ſic diffinitur, quod eſt actus legitimus trium perſonarum ſcilicet actoris, Rei, & Iudicis ſuper eadem quæſtione, vel cauſa coram eodem Iudice contracta.

Marã. p. 4. prin. diſtin. 1. Io. Andr. in ſuo ord. iur. cap. nunc reſtat. Alciatus in ſua praxi. fol. mihi 2. b.

Mar. diſtin. 9. x. p. 4.

Rolan. de iud.

De perſona Actoris, & qui agere prohibentur.

Actor ergo eſt, qui agit, vel pulſat alium, rem aliquam ab ipſo petens in Iudicio. Et quælibet perſona ſpecialiter non prohibita com-

Alciat. Pap. in glo. ſummariæ, Lafr. or. in cap. ſæpe de verb ſig. ſp. de off. omn. iud Aſi §. 3.

LIBER SECVNDVS ACTVARII CIRCA MODVM PROCEDENDI IN SECVNDA INSTANTIA.

AVCTORE IO. BAPTISTA CABALLINO.

Vbi compendioſe', & practicè tractatur de appellationibus, reuiſionibus, exequutione rei iudicatæ, & expenſis.

Ad Illuſt.em Alexandrum Panigarolam Regium Senatorem.

Cum licencia Superiorum.

MEDIOLANI.

Apud Paulum Gottardum Pontium.
Ad inſtantiam D. Petri Tini Anno 1585.

ILL.^{tri} IVRISC.^{to} MEDIOLANEN.

ALEXANDRO PANIGAROLÆ,

REGIO SENATORI.

Io. Baptiſta Caballinus, Notarius, S. P. D.

ME tibi plurimum debere ob plurima abs te accepta beneficia, ut ingenuè fateor; ita referendæ gratiæ nullam mihi facultatem ſuppeditari, grauiter fero. Cæterum, quia nihil homini magis eſt deuitandum, quàm ne in eos, qui de ſe optimè ſunt meriti, homines ingratus eſſe videatur; crimen ingrati animi, quod maximè omnium ſemper exhorui; longe a me abeſſe, aliqua ratione oſtendere percupio. Ea igitur fuit cauſa, cur in animum induxerim, has lucubrationes, quas de appellationibus, & exequutionibus ſententiæ conſcripſi: tibi (vt iam fueram pollicitus) dicare: quæ meam tuorum erga me meritorum memoriam, & ſingularem animi mei ergà te obſeruantiam teſtentur. Te igitur rogatum velim, vt eas, licet tua amplitudine indignus (non enim me fugit, quibus de-

beres

LIBRR SECVNDVS,

Iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa.

De tempore ad appellandum. *Cap. I.*

NVNC poſtremò eſt agendum de tempore appellandi, & exequendi ſententias, quod hoc ſecundo volumine quoad breuius fieri poterit, complectemur.

Itaque intimata ſententia diffinitiua, volens appellare, & nullam dicere, tenetur ex forma Nouarum Conſtitutionum intra quatridum à die eius intimationis appellare, & nullam dicere, de iure verò intra decendium à die ſcientiæ latæ ſententiæ tenebitur appellare, vel nullam dicere. Idem ſi præſens eſſet grauatus tempore prolationis ſententiæ de iure, quod etiam videtur minuere Statutum Mediolanenſe cap. 131. vol. 1. reducens tamen tempus decendij ad quatriduum. a

Idem reſpectiuè ab interloquutoria ſi appelletur, à qua de iure tamen appellari poſſit: nam in tribus caſibus videtur permiſſa appellatio ab interloquutoria, nempe quando grauamen non poſſet reparari per obtentum in diffinitiua. ſecundò, ſi interloquutoria habet vim diſinitiuæ. tertio verò quando ſequi non ſperatur aliqua diſinitiua, verbi gratia cum Iudex pronunciat ſe Iudicem incompetentem, nec talem declarationem ille Iudex poſſet reuocare. & interloquutoria non conſueuit intimari, niſi habeat vim diffinitiuæ. b

a No. Conſtit. lib. 1. de appel. ſtat. v. 1. c. 131. fo. 47. at. Plot. in repetit. l. ſ. q. c. vnde vi nu. 526. Spe. tit. de app. §. reſtat videre num. 1. Lafr. or. de appel. num. 90. Mar. par. 6. nu. 213. 215. Pap. nu. 12. in glo. appell. & Hennig. Goed. rub. 19.

b Stat. cap. 196. fo. 62. vol. 2. Prędicti omnes Doct. & Paul. Caſtren. in l. ante ſenten ciã. ff no. de appella. recip. vel non.

Coram quibus, & quando ſit appellandum.

CVm ergo fueris in caſu appellandi ſiue ab interloquutoria, ſiue à diffinitiua, id faciendum erit coram eo Iudice, qui tulit ſententiam hoc modo. quòd ſi ille Iudex fuerit Dellegatus, appellandũ erit corã eo in quocunq; loco inuentus fuerit, vel in loco vbi iudicauit, vel in domo eius ſolitæ habitationis vel vbicunque fuerit inuentus, ſi verò fuerit ordinarius, poteris appellari ad eius Tribunal iuris ipſo tamen ſedente, aut ad Cameram eius audientiæ, & vbi periculum eſſet in mora, vbicunque inuentus fuerit. c

Si verò ipſorum Iudicum reſpectiuè pręſentia haberi non poſſet

c Mar. nu. 130. 134. 36. & 137. par. 6. Oria. num. 83. & 116. Pap. vt ſup. & in gl. coram vobis num. 11. Caſtr. in l. libel. qui ff. de appel. recip. uum. 2.

Errata potiora ſic corrigito.

Folio 11. b. prima linea terminos littera ſ conuerte in §. fo. 16. lin. 15. delegatum allegatum. fo. 31. b. lin. 16. vſque videlicet. fo. 35. a. lin. 28. euacuaſſet. euacuare. 37. a. lin. 10. probat probare, & lin. 20. reum rerum. 30. decapiant decipiant. fo. 44. b lin. 10. eutile, & lege, & vtile dominium. & lin. 22. nil ſeu lin. 25 proteſtare proteſtatæ. lin. 37. præſenti, præteriti. & lin. vlt. poteſtatæ, proteſtatæ. fo. 45. a lin. 25. mutuas mutuus. ſecunda ſecundo. 46. a lin. 10. pactorus pactorum. executiorum exequutiuorum. 47. a lin. 16 ſuorũ ſuos. 20. pri 25. eos eius. 49. a. lin. 1. ordinem ordine. *86.* a. penul. lin. facto facti. 88. a. lin. 35. fieri fiet. 102. a. lin. pri. comiſſario commiſſa. 1 3. rerum reum lin. 4. ius eius. lin. 6. recuſet recuſat. 103. a lin. 16. quòd quod. & 25. quod quòd. 104. lin. 2. obitur obiter. 105 lin. b poſt conſultoris adde iſta verba ſi per Iudicem. ferri ſententiam. 30. vigore rigore. 106. lin. 29. a. tolle primum ſubſcribitur. 112. lin. 16. a. pœ pœnę. 112. lin. 3 a dilationis. & 14. io in. 124. a. lin. pen. arbitramentorum arbitriorũ & eo. b lin 6. arbitraria arbitria. 126. a lin. 12 apparuit apperuit, ſententiæ ſententia. 134. b l 25. requiſitis requiſiti. 135. b. l 30. commiſſionis commiſſione, & vlt. per pro. 138. l. 18. appellantem appellatum. 143. deleantur prima, & ſecunda lin. & verba tertiæ vſque duret. 149. l. 31. quæ qui, & 32 conducuntur conducunt, & l. 35. iuncta inculta. 150 b. l. 37. alunde abinde. 151. a l. penul. pro per.

Reliqua pius lector emendabit ipſe ſine querella.

Mediolani Apud Paulum Gottardum Pontium.